Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift

In Exodi Cap. XV^um Incertus 60

VENERUNT FILII Exodi 15
israel in helym. ubi erant xii. fon
tes et septuaginta palme. et castra
metati sunt iuxta aquas. Israel uir uidens
deum interpretatur. Nomine filiorum israel. illi non
incongrue possunt accipi. qui ad hoc perue
nire satagunt ut per mundiciam cordis sui deum
contemplantes ad uisionem eius nunc et in futuro
pertingere mereantur. Unde dominus in euangelio. Beati
mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt. Hi ergo
ueri israhelite ueniunt in helym. qui locus
aries uel deficiens interpretatur. Per arietem qui
ducatum prestat gregibus in ueu confusionis hominis
potest figurari. ea uidelicet ratione. quia sicut aries
se sequentes greges antecedit. sic eximicio con
uersionis. uenit perfectio bonorum operum post
modum subsequentium. Sunt et deficientes. quia
dum relicto seculo locum conuersionis adierint.
incipit amor huius seculi in corde eorum defi
cere. amorque dei indies accrescere. quemadmodum
psalmista dicit. Defecit in salutare tuum anima mea in u.
t. s. s. Ubi erant xii. fontes aque. Per xii.
fontes. xii. apostoli. siue ordo xii. prophetarum potest
figurari de quorum scriptis omnis perfectio col
ligitur. qui per xii. significatam plerumque in sacra
scriptura inuenitur. Unde origenes. Omnis inquit
rationalis creatura tam angelorum quam hominum.

Confer Cod 650